

Cambridge University Press

978-1-108-05142-2 - Chronicles of the Reigns of Edward I and Edward II: Volume 1

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

CHRONICLES OF THE REIGNS OF
EDWARD I. AND EDWARD II.

I.
ANNALES LONDONIENSES.

Q 4549. Wt. 16202.

A

Cambridge University Press

978-1-108-05142-2 - Chronicles of the Reigns of Edward I and Edward II: Volume 1

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

ANNALES LONDONIENSES.

MS. COTTON OTHO B. 3.

Annales acephali, qui incipiunt ab anno 1195, continuati ad annum 1307; deinde ab alia manu, alii annales, ad annum decimum regis Edwardi II., in quibus res gestæ illius regni accurate tractantur; ad annum vero, 1311, hoc est in quarto Edwardi II. inseruntur processus sive attestaciones de flagitiis Templariorum et inquisitiones in concilio provinciali tractandæ, et multa quoque de rebus Londinensium, et circa id temporis multæ ordinationes factæ.

Flores Hist.
ed. 1601.

—posse suo voluisset conari, et ideo, in quantum potuit, fuit contra liberationem fratris sui regis Ricardi de prisona ne exiret, et pro hoc optulit imperatori quinquaginta milia marcarum. Et rex Francorum optulit prædicto imperatori pro eodem centum milia marcarum ne liberaretur.

A.D. 1194.
John tried
to prevent
Richard's
liberation.

p. 260.

Anno gratiæ M^oC^oXC^oV^o dux Austriæ, qui regem Ricardum ceperat, eo anno percussus, obiit excommunicatus, eo quod, sæpe ab ecclesia Romana admonitus, noluit regem Ricardum liberum dimittere.

A.D. 1195.
The duke of
Austria dies.

Anno gratiæ M^oC^oXC^oVI Willelmus filius Osberti, cognomento *a la barbe*, dum causam pauperum fatebatur defendere, cum quibusdam aliis Londoniensibus, perimitur. Eodem anno Henricus imperator divina ultione perterritus legavit capitulo Cisterciensi redemptionem regis Ricardi, ad thurribula faciendâ; sed abbates sub tali [forma] recipere noluerunt; et cito in illo anno obiit prædictus imperator, qui regem Ricardum vendidit, et iccirco vinculo anathematis obligatus, si

A.D. 1196.
Riot of Wil-
liam fitz Os-
bert.

Death of the
emperor.

- A.D. 1196. **Treaty of peace.** jam poenitentiam egerit absolutus, nescitur. Eodem anno rex Philippus Francorum quietum clamavit regi Anglorum Ricardo et heredibus suis Yssodum cum pertinentiis et totum jus quod habuit in Berry et Alvernia et Vasconia, et reddidit ei quietum castellum de Archis et comitatum de Aubemarle et alia castella multa quæ occupaverat post reditum suum de terra sancta. Sub eisdem temporibus comes Johannes, frater regis, et quidam alii ceperunt episcopum Belvacensem bene armatum cum multis militibus; quem rex detrussit in carcere sic armatum; pro quo cum papa scriberet ut filius suus liber dimitteretur, rex Ricardus misit lorica[m] ejusdem episcopi ad papam pro filio suo scribentem, dicens in epistola sua, "Vide si tunica filii tui sit an non." Et sic destitit papa amplius pro eo petere. Flores Hist. p. 260.
- A.D. 1197. **Richard carries off the shrine of S. Valery.** Anno gratiæ m^oc^oxc^ovii^o nuntiatum est regi Ricardo, quod naves ex Anglia venire consueverant ad Sanctum Valericum, deferentes inimicis victualia in suum detrimentum. In cujus injuriæ ultionem, villam combussit, monachos dispersit, feretrumque sancti Walerici cum reliquiis in Normanniam transvexit. In portu autem illo naves frumento onustas invenit, quorum nautas suspendi præcepit, navibusque combustis, victualia suis militibus erogavit. Ipso quoque anno, munificentia regis Ricardi multos de potentioribus Franciæ allexit, præcipue comitem Flandriæ Baldewynum, Campanos, Britones, et multos nobiles Francigenarum nominatiorum¹ [qui] regi Ricardo adhæserunt. Interea comes Flandriæ castellum de Arraghe obsidione vallavit, quod cum rex Francorum liberare vellet, comes eum aquæ ductibus adeo itinere interclusit, quod necessario oportuit regem Francorum voluntati comitis obtemperare. Obiit anno eodem papa Celestinus et succedit Innocentius tertius. p. 261.
- A.D. 1198. **The Jacobites.** Anno gratiæ m^oc^oxc^oviii^o, sub papa Innocentio tertio, exortum est in Ytalia novum genus prædicatorum, qui Jacobiteæ voluerunt appellari, quia vitam apostolicam videbantur imitari. In illis quoque diebus rex Francorum Philippus et rex Anglorum Ricardus congressi sunt inter Gaines et Vernonem; in quo conflictu rex Franciæ, impotens sustinere pondus belli, et sui [sibi] per fugam consulentes, Vernonem pro refugio petierunt. Sed antequam castellum possent ingredi, rex Ricardus, illos in ore gladii executus, cepit ex eis viginti milites, servientes vero sexaginta. Ejusdemque anni curriculo rex Anglorum Ricardus, p. 262.

His confederacy against France.

Philip defeated by Richard at Vernon.

¹ *nominatiorum*] nominationum, MS.

Flores Hist. p. 262. omnibus viribus congregatis, cepit tria castella super rege Francorum, scilicet Serofontanum, Burighe et castrum de Curceles. Rex vero Francorum, aucto exercitu suo, trecentis militibus et mille servientibus, cum communis suis de Mantua et aliis locis exiens, profectus est ad succurrendum castrum de Curceles, quod nondum credidit esse captum. Quod cum sciret rex Ricardus, venit obviam ei inter Curceles et Gisorcium; ubi acerrimum et cruentum nimis commissum campestre prælium, cujus prælîi pondus non valens ferre rex Francorum ad castellum Gisorcii cum suis [aufugit], et cum fugiendo glomeratim pontem de Gisorcio ascendisset, contractus est pons; et ipse rex Francorum armatus insidens equum in flumine de Hethe cum aliis innumeris militibus cecidit; ubi rex, ab unda rapida et a limo extractus, vix a mortis discrimine liberatus est. Pars autem posterior exercitus reversa est contra regem Ricardum, quæ se periculo mortis pro domino suo exposuit. Tandem prævalente parte regis Ricardi, capti sunt tres electi milites Franciæ, scilicet [Mathæus]¹ de monte Morecino, Alanus de Rusci et Fulco de Gilerval; præter quos capti sunt milites in ipso conflictu nobiles centum, et servientes ducenti, pedites vero innumerabiles. Videns autem rex Francorum vires regis Angliæ diatim excrescere, supplicavit papæ, ut ipse pacem procuraret. Papa igitur legatum cum epistula specialissima regi Anglorum Ricardo destinavit, orans affectuose, ut precibus suis esset favorabilis in pacis compositione; ad quod rex, ut favorem haberet domini papæ Innocentii, acquievit precibus supplicantis.

Mediation of the pope.

A.D. 1199. Truce made. Anno gratiæ m^oc^oxc^oix^o statutæ sunt treugæ per quinquennium inter reges Francorum et Anglorum. Rex vero Ricardus in quosdam barones sibi rebelles Pictaviæ formidabile vexillum direxit; et dum castrum de Chaluz obsidione vallasset, vii^{mo} kalendis Aprilis, quodam balistæ spiculo vulneratus est, et vulnere male custodito cœpit mortis imminenti sentire periculum; castrum tamen violenter occupavit, et auctorem mortis liberum, pro amore Dei, abire permisit. Moriturus igitur corpus suum apud Fontem Ebraudi secus pedes patris sui, cujus proditorem se confitebatur, sepelire iubens, ecclesiæ Rothomagensi cor suum inexpugnabile, propter præcipuam dilectionem quam adversus Normannos gerebat, legavit. Apud castrum vero prædictum viscera sua in ecclesia recondi iubens, stercora sua Pictavensibus propter suæ notam proditionis reliquit.

Death and burial of Richard.

Eodem anno Johannes frater regis Ricardi jam defuncti, et

¹ Omitted in the MS.

- A.D. 1199. John receives the crown. comes Moretonii in partibus transmarinis existens, pacem suam in Anglia nuntiavit, ducatum Normanniæ suscepit, et homagia nobilium. Multi tamen magnates Arthuro, quasi naturali domino, adhæserunt; et hoc fuit seminarium odii. Per idem tempus dux Normanniæ Johannes in Angliam transfretavit, et in die Ascensionis Domini ab Huberto Cantuariensi archiepiscopo apud Westmonasterium in regem unctus est; qui statim postea transfretavit cum maxima hominum multitudine. Timebat enim Arthurum, cui multi magnates adhæserunt, commorantem sub protectione regis Francorum; dicentes justum esse, ut Arthurus filius fratris senioris in patrimonio sibi debito succedat, quod videlicet Galfridus pater ejusdem Arthuri esset habiturus, si regem Ricardum supervixisset. Iccirco Constantia mater Arthuri ipsum regi Francorum commendavit custodiendum; qui ipsum diligenter, propter insidias Parisius¹ educavit. Illis quoque diebus propter captionem electi Cambraensis, interdicta est Francia. Flores Hist. p. 268.
- A.D. 1200. John's divorce and marriage. Anno gratiæ m^occ^o rex Johannes Isabellam filiam comitis Engolismi duxit in uxorem: et consecrata est in reginam ab Huberto Cantuariensi archiepiscopo: celebrato divortio inter ipsum Johannem et Hawysiam filiam comitis Gloverniæ quia in tertio gradu consanguinitatis erat. Eodem anno obiit Willelmus Postard abbas Westmonasterii; cui successit Radulfus de Arundel. Eodem anno quadam nocte apparuerunt quinque lunæ in cælo circa primam vigiliam noctis. Sub eisdem temporibus claruit beatus Hugo Lincolniensis episcopus signis et virtutibus, quarum una manifestissima fuit, quod, dum ejus corpus a Londoniis usque Lincolniam portaretur, non erat hora, licet tempus aliquando procellosum fuit, in qua in aliquo cereorum, qui circa feretrum portabantur, non esset lux accensa.
- Miracles of S. Hugh of Lincoln. Anno gratiæ m^occ^oxi^o rex Anglorum Johannes celebravit Natalem apud Guldeford, ubi multa militibus suis festiva distribuit indumenta: deinde rex Cantuariæ profectus die Paschæ cum regina coronam portavit. Innocentius papa, cum ab ordine Cisterciensi violenter pecuniam exigeret, a Beata Maria ejusdem ordinis advocata acriter corripitur; et sic quievit ab actione. Eodem anno rex cum regina apud Portsmuthe naves ascenderunt, et in Normanniam cito post applicuerunt; deinde pacificati sunt reges Francorum et Anglorum prope insulam de Aundely. Eodem anno horrendæ tempestates et dampnosæ p. 264.
- A.D. 1201. John again crowned. Peace of Andely.

¹ Parisius] patris sui, MS.

- Flores Hist. p. 264. terrores mortalibus incusserunt. Eodem anno data est quadragesima pars reddituum omnium ecclesiarum in subsidium Terræ Sanctæ contra Saracenos, qui tunc invaluerunt. A.D. 1201. Tax for the crusade.
- p. 266. Anno Domini m^occ^ov^o mortuo Huberto Doroberniæ archiepiscopo, tertio idus Julii, monachi vero Cantuarienses timentes ne rex more suo electionem impediret, rege non requisito, Reginaldum suppriorum suum in archiepiscopum elegerunt de nocte media, Te Deum cantato; ac deinde in cathedrali sede archiepiscopali posuerunt. Sed clam ideo factum est, quia verebantur monachi quod, si electio sine regis assensu facta fuerit, processum negotii impediret. Unde eadem nocte juravit idem supprior, quod sine licentia et litteris conventus specialibus se electum non gereret, vel litteras conventus de rato quas habebat, alicui promulgaret. Assumptis secum quibusdam monachis, curiam Romanam adeunt. Postquam autem dictus electus in transmarinas partes fuerit, statim se electum Cantuariensem clara voce fatebatur, et propter hoc curiam Romanam adire. Et super hoc ostendit litteras suas, et coram papa palam ostendit. Papa respondit, se velle super hoc exspectare, donec super hoc plenius certificaretur. Monachi Cantuarienses percipientes, quod illorum electus contra sacramentum secretum eorum detexerat, irati nimis ad regem hominem miserunt, requirentes ab eo licentiam eligendi; quibus annuit, et pro episcopo Norwicensi, qui pro negotio regis tunc apud Eboracum fuit; et annuentes in capitulo Johannem de Gray episcopum Norwycensem elegerunt. Quo facto, rex, videntibus cunctis, misit electum in possessionem rerum omnium ad archiepiscopatum pertinentium: et in hac dupplici electione factus est novissimus error pejor priore.
- p. 267. Anno gratiæ m^occ^ovi^o miserunt Romæ domino papæ episcopi Cantuariensis ecclesiæ suffraganei per procuratores, quod monachi Cantuarienses contra jus approbatum electionem celebrare sine illis præsumpsissent. Dicebant coepiscopi quod nulla electio debet fieri sine eorum assensu; monachi econtra quod privilegio speciali Romanorum pontificum, et de consuetudine approbata et antiqua, sine coepiscopis electos facere consueverant. Auditibus hinc inde allegationibus testibusque admissis, præfixus est dies a domino papa partibus xii^o kalendas Januarii, ad pronuntiandum, ut tunc venirent, quod jus dictaverit reportaturi. Quo die data est sententia a domino papa Innocentio diffinitiva pro monachis, et privilegialiter imperpetuum confirmata. A.D. 1206. The several parties are heard at Rome. The pope decides for the monks.

- A.D. 1207. **Anno Domini m^occ^ovii^o** decertantibus partibus pro duplici electione sua monachorum Cantuariensium, videns papa eos non posse consentire in unum vel alium, electum cassavit utrumque, consulens ut eligerent magistrum Stephanum de Langethone natione Anglicum, virum aptum et sufficientem, in quantum hominis est, universalem gubernandi ecclesiam. Monachi vero respondententes asserebant, sibi non licere præter consensum regium et sui conventus canonicam electionem celebrare. At papa, quasi rapiens verbum ex ore ipsorum, dixit, “Sciatis quod vos plenariam habetis potestatem in ecclesia Cantuariensi, qui potiores eligimini de conventu, nec etiam super electionibus apud sedem apostolicam celebratis solet assensus principum expectari; unde vobis, qui tot et tales estis, quod plene sufficitis ad istam electionem, in virtute obedientiæ, sub pœna anathematis præcipimus, ut illum in archiepiscopum eligatis, quem nos damus vobis in pastorem animarum vestrarum.”
- Stephen Langton proposed by the pope; Flores Hist. p. 267.
- and accepted by the monks at Rome. p. 268.
- Monachi vero, in arcto constituti, excommunicationis sententiam metuentes, licet inviti et cum murmure assensum talem qualem præbuerunt. Solus tamen ex omnibus magister Elias de Brandefeld, qui pro parte regis et episcopi Norwycensis advenerat, noluit consentire. Ceteri omnes cum ymno, “Te Deum,” electum Stephanum ad altare detulerunt. Qui deinde, decimo quinto kalendas Julii, in civitate Viterbii, ab ipso papa consecratur. Hiis itaque gestis papa Johanni regi Anglorum elegantissimam, sicut monachis promiserat, epistolam direxit, ut ipse natione Anglicum scientia et moribus ornatum Stephanum de Langethone rite electum et jam consecratum susciperet in Cantuariæ archiepiscopum. Hæc autem postquam ad notitiam regis Johannis pervenerunt, præcepit ut omnes monachi, quasi rei læsæ majestatis, a monasterio Cantuariensi eicerentur, et ejecti a terra sua violenter expellerentur. Deinde die Sancti Swithini monachi Cantuarienses de cenobio eorum sunt ejecti, et bona sua confiscantur.
- He is consecrated and recommended to John.
- John banishes the monks.
- A.D. 1208. **Anno Domini m^occ^oviii^o** tota Anglia et Wallia interdicto generali, nullo tuente privilegio, subiciuntur generali, in vigilia Annuntiationis Beatæ Mariæ, per episcopos Londoniensem, Elyensem et Wygornensem. Rex tunc omnia bona clericorum ob causam interdicti præcepit confiscare. Indicit etiam, ut nullus coronator per totam Angliam sederet nec inquireret super murdris clericorum; ex quo multi clerici tunc temporis perimuntur. Eisdem temporibus rex Johannes, timens ne papa eum excommunicaret, absolvens omnes
- The Interdict.
- The clergy outlawed.

- Flores Hist.
p. 268. tenentes de eo ab ejusdem fidelitate, fecit omnes suspectos jurare ei fidelitatem, accipiens ab eisdem obsides speciales; nobiliores tamen ipsi regi obsides exigenti in faciem denegaverunt, dicentes, " Quomodo filios et caros nostros, ipsum genere non attingentes, servaret illasos, qui nepotem proprium eo genere mortis quod¹ *murdria* dicitur, nequiter propria manu trucidavit? " Rex vero interim nunc hunc nunc illum de magnatibus regni vel pecunia injuste multavit vel libertatibus vel possessionibus spoliavit, nonnullos uxoribus suis zelotypavit, filias defloravit; ita quod manifeste tam Deo quam hominibus exosus videretur et detestabilis. Unde tam Anglici quam alieni de sub jugo intollerabili talis tyranni cupientes jam excutere² cœperunt districte cogitare, ad cujus principis sinum³ aliquod refugium possent invenire. A.D. 1208.
John exacts
homage and
hostages.
- p. 269. Anno Domini m^occ^oviii^o rex vero Johannes, propter enormes tam militiæ quam ecclesiæ fatigationes, quas jam per biennium indefatigabiliter exercuerat, nominatim est excommunicatus. A.D. 1209.
He is excommunicated.
- p. 271. Anno Domini m^occ^oxii^o rex vero Johannes in arto constitutus, culpam suam in ipsos, qui furorem suum voluerunt cohibere, cupiens refundere, nunc hos nunc illos de suis nobilibus proditiōnis arguebat, vocando eos zelotypos, quorum uxores, ut jactabat, oppresserat, et miseros, quorum filias defloraverat; inter ceteros vero Robertum filium Walteri minis et convitiis magis cœpit deturpare; ejus quoque sternere castrum Londoniis constructum, scilicet castrum Baynardi, die Lunæ in crastino Sancti Hilarii, per manus invitorum Londoniensium. Eodem vero anno mense Januarii redierunt a curia Romana Stephanus de Langethone Cantuariæ archiepiscopus, Willelmus Londoniensis et Eustachius Elyensis episcopi, et habito in transmarinis partibus consilio, regi Francorum et episcopis Gallicanis cum clero pariter et populo sententiam quæ in regem Anglorum Romæ pro contumacia lata fuerat solenniter promulgarunt. Deinde ex parte domini papæ tam regi Francorum⁴ quam ceteris universis in remissionem omnium peccaminum injunxerunt, ut omnes pariter, ad Angliam hostiliter accedentes, Johannem regem a regni solio deponerent, et alium qui dignus A.D. 1212.
John's oppressions and vindictiveness.
- Deinde ex parte domini papæ tam regi Francorum⁴ quam ceteris universis in remissionem omnium peccaminum injunxerunt, ut omnes pariter, ad Angliam hostiliter accedentes, Johannem regem a regni solio deponerent, et alium qui dignus A.D. 1213.
The bishops promulgate the papal sentence.
- Deinde ex parte domini papæ tam regi Francorum⁴ quam ceteris universis in remissionem omnium peccaminum injunxerunt, ut omnes pariter, ad Angliam hostiliter accedentes, Johannem regem a regni solio deponerent, et alium qui dignus Philip is bidden to
depose John.

¹ *quod*] pro, MSS.² *excutere*] *excurrere*, Ed.³ *sinum, aliquod*] aliquod signum, MS.⁴ *et episcopis Francorum*]

These words, which are necessary to complete the sense, are omitted in both the original and the transcript, and are here inserted from the Flores Historiarum.

- A.D. 1213. *Preparations for war.* est, auctoritate apostolica subrogarent. Tunc rex Francorum, *Flores Hist.* rem diu desideratam intelligens, accinxit se viriliter ad pugnam, p. 271. et omnes sui homines cum armis apud Rothomagum fecit convenire. Rex vero Johannes, super hiis certificatus, fecit in mense Martii omnes naves **Quinque-portuum** optime munitas congregari contra suos hostes resistendas, et cum adventum regis Francorum super maritima expectaret, venit ad regem Angliæ Pandulphus, de transmarinis partibus imminetia sibi pericula nuntiando, affirmans quoque quod, nisi sub gratia domini papæ citius protegatur, omnia se amissurum. Et cum modum protectionis rex ab eodem Pandulfo¹ didicisset, juravit rex in præsentia ipsius Pandulfi,² se iudicio ecclesiæ pariturum, sedecim comitibus et multis de potentioribus baronibus³ simul cum eo jurantibus in anima ipsius regis, ita quod, si forte pœniteret, ab eisdem hæc observare cogeretur. Resignavit igitur coronam Angliæ Innocentio papæ, et ei facit homagium, cartam inde conficiens omnibus eam audientibus lugubrem et detestabilem. Rex igitur Francorum variis ser- p. 272. mocinationibus nuntiorum domini papæ delusus, jam protecto rege Johanne Anglorum sub clipeo Romanæ curiæ, destitit ab incepto, amissis circiter quadraginta milibus librarum argenti cum recepta magna verecundia. Rex vero Johannes qui de rege factus est regulus, immo domini papæ tributarius vel feodarius, non intelligens Petri heremitæ prophetiam (dicentem, anno Domini m^occ^oxiii^o, quod rex Johannes non foret rex p. 270. Angliæ die Ascensionis proximo sequentis; et die illa corona Angliæ ad alium transferretur; igitur vacillabant corda mul- p. 271. torum: sed in die prædicta, quando scilicet rex factus est Romani pontificis tributarius, declaratum est verbum propheticum; sed quia idem rex rehabuit regnum cum corona,) jussit dictum Petrum cum filio suo suspendi patibulo. p. 272.
- A.D. 1214. *Relaxation of the Interdict.* Anno Domini m^occ^oxiiii^o die Jovis in crastino Sanctorum Processi et Martiniani, videlicet quinto nonas Julii, relaxatur generale interdictum Anglicanæ ecclesiæ assistentibus ex parte domini papæ Nicholao legato et Pandulpho ipsius subdiacono, cum ipso archiepiscopo et aliis episcopis et prædictis comitibus et baronibus juratis ex parte regis et regni, apud Sanctum Paulum, Londoniis; quod quidem interdictum duravit per

¹ *Pandulfo*] Petro, in both original and transcript.

² *Pandulfi*] Petri, in both MSS.

³ *baronibus*] latronibus, MSS.